



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

13. Quid Ammon è coniugij difficultatibus collegerit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

beros, nec minimum quidem *celum* suscipere patiuntur, vndiq<sup>z</sup>, animum quadam quasi vertigine contorquentes, & obruentes. Quod se vir priuatorum hominum tutam, & tranquillam vitam voluerit vivere, nulla modo id assēqui potest. Cūm enim videat circum se liberos stare, & uxorem, cui multa in sumnum eroganda sint, vel iniurias dimittit ipse se in fluctuum ciuilium negotiorum, quo ubi inciderit, non dici potest, quanta illi deinceps peccandi occasio imposta sit in iracundia, in iniuria, in iureiurando, in connitio, in simulatione, multa similitatis causa faciendo. Qui autem fieri potest, ut is, ea tempestate iactatus, & in illa ipsa laudem querens, magnas inde peccatorum fordes non contrahat? At si quis domesticus eius res scrutatus fuerit, tum eum grauiori etiam difficultate uxoris causa plerumque offendet. De multis enim vir cogitur esse sollicitus, quorum nullam sua causa curam suscipere necesse haberet; idq<sup>z</sup>, si modestia est uxori, & commodis moribus. Sin vero nequam, difficilis, & molesta fuerit, non modo haec ipsam rem, necessitatem dicemus, sed pñnam & supplicium. Quo modo autem is tanto negotiorum oppressus pondere & grauijimis etiam vinculis catene ad terram assidue trahentis, conficitur & colligatis pedibus. (vincula enim uxoris inprobitate appello) quo modo, inquam, celeste illud iter; quod solito, & expedito gradu, vacuo etiam & libero animo ineundum est, sic affectus conficer poteris?

Hæc talia incommoda considerantes, ex ipsis infauistis matrimonij, tanquam è vipera, sumunt medicinam, quicunque sunt oculati rerum aestimatores. Qualis fuit Ægyptius ille, quem Socrates, & plerique historiae Ecclesiastice scriptores magnis laudibus extulerunt. Nimurum Ammon vir sanctissimus, qui cùm adolescentis esset, à nuptijs abhorruit ille quidem; sed tamen, cùm nonnulli amicorum eum hortarentur, ut non ita contumeliosè nuptias insectaretur, sed uxorem duceret, illis morem gesit, venitq<sup>z</sup> ad nuptias. Ac statim ut virginem è thalamo exemerat, & consueta cum pompa in interius deduxerat cubiculum; tandem, ubi necessary illius deceperint, arrepto in manum libro epistolas Pauli complectente, primum epistolam illius Apostoli ad Corinthios caput legere, preceptaq<sup>z</sup> illius de nuptijs coniugi exponere. Deinde aliunde multa adjicere: docere nuptiarum incomoda: quam tristis fit in-

XIII.  
Socrat. lib. 4.  
hist. Ecel. c. 12.  
Sozom. lib. 3.  
cap. 13. Theodo-  
dor. l. 4. c. 16.  
Niceph. l. II.  
c. 24. &c. seq.

l. iii. 2. ter

620 Cap. XLVI. Infaustorum matrimoniorum fructus,  
ter virum & mulierem vite & confociatio: quam acerbi dolores mulier  
granida pungant? Addere etiam molestias, quae in liberoru*m* educati.  
ne inesse solent: postremo virginitatis commoda percensere; & qua.  
tenus vita pura, inviolata, & ab omni labe sit libera: & quod virgi.  
nas nos ad Deum quam proxime faciat accedere. Hac alia*m*, mula  
apud virginem uxorem elocutus, persuasit illi, ut priusquam conge.  
derentur, eam vite rationem, quam humana consuetudo postulat,  
prorsus abiicerent. Ambo igitur, quasi fædere ea de pacto, ad min.  
tem, qui Nutria vocatur, rectâ se conferunt: ibiq*m*, ad exiguum tem.  
pus, in tugurio etatem degentes communem vite monastica discipli.  
nam exercuerunt, nullo virilis, aut muliebris sexus discrimine hab.  
bito; sed unum corpus, ut est apud Apostolum, fuerunt in Christo.  
Non longo post tempore, noua sponsa & virgo incorrupta Ammunt  
sic affatur: Non te decet, qui temperantia & castitati colendaten.  
tum dedisti, feminam in tamillo domicilio conficari. Quare svide.  
tur, quisque nostrum separatim in monastico vita genere exercendo  
ponat. Hoc itaque de vtriusq*m* sententia paetum est: atque alter ad  
altero segregatus, quod reliquum erat vita, eo pacto contrivit. Quid  
hoc matrimonio faustius? natum est ex infaustorum matrimon.  
niorum consideratione; quemadmodum & Alexij, Ioannes  
Calybitæ, Elzearij, Henrici, Kunigundæ, Cæciliae, & innumeri  
alij aliæque, mature expensa coniugiorum infaustorum cala.  
mitate, virginitatem perpetuam coluerunt.

XIV.

S. Hieronym.  
lib. i. aduers.  
Iouinian.

imitatio, audiant, quid, teste S. Hieronymo, ipsi Ethnici col.  
legerint didicerintque ex matrimonij tribulatione & curia.  
Theophrastus enim ostendit, Non esse ducendam uxorem  
sapienti. 1. Quod raro simul pulchra, bene morata, benefici  
parentibus, sana, ac diues reperiatur. 2. Quod impediuntur studia  
Philosophia. Nara & Cicero rogatus, ut post repudium Terentiæ,  
sororem eius duceret, dixit: Non posse se uxori & Philosophiæ pari.  
ter operam dare. 3. Quia matronarum usibus nimis multaj sunt  
necessaria, pretiosa uestes, aurum, gemmae, sumptus, ancilla, supplex  
varia, lectica, & effeda deaurata. 4. Per noctes rotas garrula quo.  
stiones & conquesiones. Illa ornatior procedit in publicum: hac ho.  
noratur ab omnibus, ego in conuentu feminarum misella despicio.  
5. Quia